

167
ACCLAMATIO VOTIVA,
FESTO NUPTIALI

VIRI

PLURIMUM REVERENDI, EXCELLENTIS-
SIMI, AMPLISSIMI QVE

Dn. M. JOANNIS
NEUNACHBARI,

Eccles. Thorunienf. Senioris, ad D. Mariæ Pastoris, in
Gymnasio SS. Theologiæ Professoris Ordinarii, Con-
sistoriiqve Assessoris,

Uti &

VIRGINIS

NOBILIS, OMNIBUSq; VIRTUTUM ORNA-
MENTIS FULGENTISSIMÆ;

EUPHROSYNÆ,

Viri quondam Nobiliff. & Ampliffimi

DN. DAVIDIS KOHLII,

Dicafterii Veteris Civitatis Gedanenf. Assessoris Meritiffimi,
RELICTÆ FILIÆ DILECTISSIMÆ,

Gedani 16 Kal. Junii, Ao. M. DC. LXXIIX.

CELEBRATO

à Clientibus

dicata.

OMnia vincit Amor, non exsuperabilis ipse,
Quippe potest nemo dulces extinguere Flammæ,
Si semel occumbat: seu sit Virtutibus ingens,
Seu Pietate gravis, seu multâ nobilis Arte;
Omnibus imperitat, cunctos sua sub juga mittit:
Huic igitur quisquam ne tentet sistere contra,
Inferit hunc nobis rerum, Natura, Creatrix;
Quod sine Sole Polus, quodq; est sine Præside Navis:
Id vulgus mortale foret, ni sciret amare:
Quinimò primum nova Connubialia jungit
Et sociat thalamos imperscrutabile Numen:
Hinc Genitrix princeps hęc Consporsore dabatur
Adamo nuptum, quæis post Rex Ætheris altus
Conjugibus mandat caram progignere Prolem.
Hęc quoq; non dubitas, VIR MAGNE, capeffere iussa
Numinis, & rursus celebras Socialia Sacra.
Annus & emens pars sesqui labitur Anni,
Ut cesfit Fatis Thalami suavissima Compar,
Ut cogebaris viduo requiescere Lecto:
Jam piget in Thalamo solum recubâsse jugali,
Quocirca lapsæ tentas reparare ruinam
Stirpis, & eximiâ specie Tibi jungis Amicam.
At cur Godanicæ Sponsus connubia Nymphæ
Pocis? Nonne Gravis poterat Tibi ferre Thoruna,
Quod placeat? Fatis nimirum cedere fas est;
Ludit in humanis divina Potentia rebus,

Nolen-

Nolentemq; rapit Fatum, ducitq; sequentem:
 Quis Tua non Fato fieri connubia dicat,
 Dum procul à propriis sponsalia conficis Oris?
 Deligit EUPHROSINE Sponsum verecunda JOANNEM,
 Cum quo perplacidè Vitam producere possit.
 Gratulor ergo, velit Numen mala pellere cuncta,
 Vosq; domum rursus lætos comitetur euntes:
 Palmitis in morem gravidæ vos Prole coronet;
 Præbeat & semper sese Fortuna secundam!

*Ita Plur. Rever. DN. SPONSO, Præceptori non ita pridem
 Carissimo, & æternum Colendo Gedani Nuptias cele-
 branti applaudere debuit*

SAMUEL SCHÖENWARD/
 THORUNIENSIS.

NEUNACHBARE, sacri Præco fidissime Verbi,
 Quem colit eximius nostra Thoruna modis:
 Dum redeunt sylvis detonsæ frigore frondes,
 Atq; ornata novis floribus arva tument;
 Dum studet in ramis tenues disponere nidos
 Dulce sonans patulo gutture carmen avis,
 Atq; suo volucrum socium conjungere tecto,
 Edere quo foetus auxiliante queat:
 Tu captare Novam quoq; NEUNACHBARE, Propinquam
 Nunc cupis, & sancti foedus inire tori:
 Jungitur ecce tuis Virgo castissima Votis,
 Quæq; bene, ut Nomen, Resq; dat ipsa, sapit:

Illa

Illa suâ dudum Pietate est inclyta, dudum
 Ingenuis cuius moribus illa placet.
 O igitur felix, O terq; quaterq; beatus,
 Festas qui tædas hâc ratione paras!
 Astrifer ipse Polus diffuso lumine ridet;
 Latitiam prodit Juno Venusq; suam.
 Apprecor ergò Tuo latus prosperrima cœpto:
 Ex animi voto, quæ cupis ipse, fluant:
 Salvus & incolumis dulci cum Coniuge vivas,
 Cui vos maneat, & sine nube dies.

Pauca hæc Admodum Reverendo Dn. Sponso, Susceptori
 è Sacro Fonte, Parentis instar honorando, observantiæ er-
 gò scribere debuit.

GODOFREDUS WEISSIUS,
 THORUNIENSIS.

Nunc, quæ, ferali, genuisti, cincta cupresso,
 Fataque deflesti, non superanda, domus:
 Indorum ad terras sævos proscribere luctus,
 Largos ac imbres Te cohibere decet.
 Nam datur haud semper funestæ attollere frondi
 Brachia, sed Florâ nunc redeunte perit.
 Et mage fausta Tibi succedunt pignora Veris,
 Ornatura sacri foedera festa thori.
 Sint rata, quæ cœlum, quæ ridens augurat annus,
 Veris blandities Te beet usque nova!

JOHANNES Woyt,
 ELBINGENSIS.